Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6563
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



non fit syllogismus. Et causa est quia omnis syllo-
gismus universalem includit. In quibus idem ad primam figuram vt est dicere de omni et dicere
de nullo. Talis autem syllogismus non possit idem
ad primam figuram. Nam cum conclusio
sit universalis ~~affirmativa~~ negativa de contin-
genti vt de subiecto fiat predicatum et de
predicato subiectum vt supra dictum est si
concludit in terminis. Unde hec contingit
nullum hominem esse album conclusio in
hanc contingit omnem hominem esse album. Sed
cum hoc universali negativa existente de con-
tingenti et negativa de necesse fit syllogis-
mus quia potest idem talis syllogismus ad primam
figuram negativam sine ipso tertio conclusio non
erit de contingenti vt supradictum est. In quibus
autem modis fit syllogismus sine maior sine minor
sit de contingenti. Talis enim syllogismus non
potest idem ad primam figuram quia conclusio
si quia syllogismus dicitur. Si quando ex-
istente de contingenti et altera de necesse non
potest fieri talis idem quod ex eo modus sequitur
Et autem maior existente de contingenti
talis idem fieri non potest quia et sit syllogismus
talis contingit omnem esse album quidam
lapis non est albus ergo quidam lapis non
est homo. Cum oppositum est omnis lapis
est homo fiat ergo syllogismus in prima figu-
ra sic contingit omnem hominem esse album
omnis lapis est homo sequitur ergo contingit
omnem lapidem esse album si hec non opponu-
tur quidam lapis non est albus que erat
minor. Nam dictum est in prohoemio de contin-
genti solutatur dicta de omni sicut potentialem
inherentiam in futuro. Possit enim esse quod
quia omnis lapis in futuro ~~esset~~ albus fiet